Reverendissime, Eminentissime S. R. E. Cardinalis,
Amice Carissime, Domine Colendissime!

Episcopali Eminentiae Vrae Consistorio, pro eo sursum recurrente, ut quemadmodum in Oppido Vásárhely Cottus Csongradiensis factum; ita in alijs quoque Locis, ubi Acatholici Confessionis suae exercitium habent, eisdem Diebus quoque Festis pulsus Campanarum, ad antevertendam hujusmodi Dierum Festorum profanationem imponatur; à pulsu vero Campanarum Diebus, quibus Sacratissima Passionis Domini Mysteria recoluntur, instituendo, prohibeantur. Eminentiae proinde Vrae rescribendum esse duxit Consilium hoc Regium Locale, quatenus antelatum Epptale Consistorium suum eo inviare haud dedignetur, ut si in omissis Excessus ve fors aliquos alicubi committi observaverit, hos, ut tales in singulo specifico casu, pro assignanda condigna poena repraesentet. Datum ex Consilio Ltli Regio Hungarico, Posony Die 13ma July celebrato. 1778.

Dilectionis Eminentiae
ac Rdissimae L. Vrae

Amicus ad Officia paratissimus.
ad Officia et Servitia paratissimi,
Comes Georgius Fekete
Michaël Prezeher

P.H. 10/1778
TISZÁNTÚLI REFORMÁTUS EGYHÁZKERÜLET LEVÉLTÁRA
17